BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 343v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



oportet fieri cito. et significauit mit
tens per angelum suum seruo suo io
hanni. qui testimonium perhibuit uer
bo dei. et testimonium ihesu cristi. in
his quecumque uidit. Beatus qui le
git. et qui audit uerba prophetie hi.
et seruat ea. que in ea scripta sunt.
tempus enim prope est. Iohannes
septem ecclesiis que sunt in asia. gratia
uobis et pax. ab eo qui est. et qui erat
et qui uenturus est. et a septem spi
ritibus qui in conspectu throni eius
sunt. et a ihesu cristo. qui est testis
fidelis primogenitus mortuorum.
et princeps regum terre. Qui dilexit
nos. et lauit nos in sanguine suo
et fecit nos regnum et sacerdotes
deo et patri suo. Ipsi gloria. et impe
rium in secula seculorum amen. Et
ecce uenit cum nubibus et uidebit
eum omnis oculus et qui eum
pupugerunt. et tunc plan
gent se super eum omnes tribus
terre etiam amen. Ego sum alp
ha et o. principium et finis. dicit do
minus deus. qui est et qui erat et qui
uenturus est omnipotens. Ego iohannes
frater uester. et particeps et socius
in tribulacione et regno. et patientia
in cristo ihesu. fui in insula que ap
pellatur pathmos propter uerbum
dei. et testimonium ihesu. fui in spiritu
in die dominica. et audiui post me
uocem magnam tamquam tube. di
centis michi. Quod uides scribe
in libro. et mitte septem ecclesiis
que sunt in asia. ephesum. et smir
ne. et pergamum. et tyatiram. et sardis.
et philadelphiam. et laodiciam. et
conuersus sum ut uiderem uocem
que loquebatur mecum. et conuersus
uidi septem candelabra aurea. et
in medio septem candelabrorum
aureorum similem filio hominis
uestitum podere. et precinctum ad
mamillas zona aurea. Caput autem
eius et capilli erant candida tam
quam lana alba. et tamquam nix. et ocu
li eius uelud flamma ignis. et pedes
eius similes auricalco sicut ardenti
et uox illius tamquam uox aquarum
multarum. Et habebat in dextera
sua stellas septem. et de ore eius ex
utraque parte acutus exibat. et
facies eius sicut sol lucet in uirtu
te sua. Et cum uidissem eum cecidi
ad pedes eius tamquam mortuus. et
posuit dextram suam super me di
cens. Noli timere. Ego sum primus
et nouissimus. et sum uiuus et fui
mortuus. et ecce sum uiuens in se
cula seculorum. et habeo claues mor
tis et inferni. Scribe ergo quod ui
disti. et que sunt. et que oportet fie
ri post hec. Misterium septem stel
larum quas uidisti in dextera mea
et septem candelabra aurea. Septem
stelle angeli sunt septem ecclesiarum.
et candelabra septem. septem ecclesie

Et angelo II sunt
ephesi ecclesie scribe. Hec dicit
qui tenet. vii. stellas. in dex
tera sua. qui ambulat in medio se
ptem candelabrorum aureorum. Scio